

USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)
Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2019-LIVELLO A

Summarium

Alboinus, postquam Mediolanum ceperat et Honoratum archiepiscopum inde fugaverat, in Liguriam ivit et ibi multas civitates occupavit. Postea urbem Ticinensem obsedit sed ea fere tribus annis post capta est. Alboinus eius cives occidere volebat sed mirabile factum evenit.

Alboinus in Italiam ingreditur

1	Alboinus, rex Langobardorum, Italiam iniens, anno DLXIX post Christum natum, temporibus Honorati archiepiscopi, Mediolanum ingressus est. Deinde universas Liguriae civitates, sed non has quae in maris litore sunt positae, cēpit. Honoratus vero archiepiscopus, <i>Mediolano fugiens</i> , ad Genuensem urbem confugit.
5	Ticinensis eo tempore civitas* ultra tres annos obsidionem pertulit. <i>Interim Alboinus invasit Italiam totam usque ad Tusciā, sed non Romam et Ravennam et aliqua castra in maris litore. Nec tunc Romani resistere poterant, cum pestilentia plurimos in Liguria et Venetiis extinxisset et cum famē et inedia universam Italiam devastavissent.</i>
10	At vero Ticinensis civitas, postquam tres annos et aliquot menses obsidionem pertulerat, tandem se Alboino et Langobardis obsidentibus tradidit. Cum Alboinus per portam quae dicitur “Sancti Iohannis” ab orientali urbis parte iniret, equus eius, <i>in portae medio concidens</i> , quamvis calcaribus stimulatus et hastarum verberibus caesus, surgere non poterat.
15	Tunc quidam ex eisdem Langobardis haec regi dixit: “Memento**, domine rex, quod promisisti! Frange tam durum promissum et ingredieris urbem. Vere etenim christianus est populus in hac civitate”. Alboinus enim promiserat universum populum, qui se tradere noluerat, gladio extinguere.

*Ticinensis civitas = Papia

**Memento = recordari debes

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto SEI PAROLE scelte fra quelle elencate dopo il testo (**indica il numero nello spazio bianco**):

Cum Alboinus, rex Langobardorum, in Italiam _____, Mediolanum intravit. Postea _____ urbes quae in Liguriā sunt, sed non eas quae in orā maritimā sunt, occupavit. Honoratus, Mediolani archiepiscopus, fūgit et Genuam ivit; plus quam tres annos Ticinensis civitas obsessa est; interea Alboinus totam Italiam petivit, sed Romam, Ravennam et alia oppida apud litus non adgressus est. Tum vero Roma repugnare non poterat, plurimis _____ Liguribus et Venetis mortuis ob pestilentiam totāque Italiā fame deletā. Papia longam obsidionem toleravit sed postremo in Alboini et Langobardorum potestatem redacta est. Dum Alboinus in urbem ingreditur, eius equus portam _____ cecīdit neque surgere valuit, quamquam _____. Quidam miles Langobardus regi memoravit quod is promiserat. Eum hortatus est ut urbem intraret, promissum neglegeret et misericordiā commoveretur, quia Papiae cives christiani erant. Nam Langobardorum rex _____ se occisum esse universos qui restitissent.

1. inibit	4. omnes	7. omne	10. superaverat
2. incitatus erat	5. incitari	8. iniret	11. iurans
3. cives	6. superans	9. iuraverat	12. civibus

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA (VERO/FALSO) (6 punti)

1. Alboinus Mediolano in Liguriam it et Genuam obsidet	V	F
2. Honoratus, qui Mediolani est, in Liguriam fūgit	V	F
3. Alboinus, Italiam invadens, usque ad Tusciā venit sed aliquas maritimas civitates non occupat	V	F
4. Roma contra Alboinum pugnat et vincit post longam obsidionem	V	F
5. Ticinensis civitas obsessa est sed statim cadit in Langobardorum potestatem	V	F
6. Alboinus, Ticinensem civitatem intrans, equi casu retinētur	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano, E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti)

1. Quando Alboinus Mediolanum ingressus est?
 - a. Dum Honoratus Mediolani archiepiscopus est
 - b. Postquam Honoratus Romam confugerat
 - c. Dum Genua obsidetur
 - d. Postquam omnes Ligures civitates captae erant

2. Quas civitates Alboinus non occupavit?
 - a. Eas quae in suam potestatem se dederant
 - b. Eas quae in Liguriā erant
 - c. Eas quae apud mare erant
 - d. Eas quae strenuissime pugnaverant

3. Quando Alboinus usque ad Tusciā pervenit?
 - a. Dum Papia obsidetur
 - b. Priusquam Roma obsessa est
 - c. Ante Ticinensis civitatis obsidionem
 - d. Postquam Ticinensis civitas cecidit

4. Cur Roma resistere non poterat?
 - a. Quia omnes aliae civitates in Alboini potestatem redactae erant
 - b. Quia ob Alboini obsidionem aquā carebat
 - c. Quia horribilis pestilentia multos Italiae cives occiderat
 - d. Quia Alboinus et eius milites crudeles erant

5. Quando Ticinensis civitas Alboino se tradidit?
 - a. Postquam Alboinus totam Italiam et etiam litorales civitates ceperat
 - b. Postquam obsidionem ultra tres menses toleraverat
 - c. Postquam Alboinus in civitatem equo intraverat
 - d. Postquam Langobardi eam plus quam triginta sex menses obsederant

6. Quid fecit Alboinus post Papiae ditionem?
 - a. In cives crudelis fuit et multos interfecit
 - b. In urbem intrare volebat sed in portae medio retentus est
 - c. In urbem intrare volebat sed unus ex suis comitibus eum retinuit
 - d. In cives crudelis esse volebat sed cives ipsi eius misericordiam commoverunt

7. Quid dixit quidam Langobardorum Alboino?
 - a. Dixit eum in Papiam crudelem esse debēre quia cives christiani non erant
 - b. Dixit eum in Papiam crudelem esse non debēre quia cives ipsi se regi tradiderant
 - c. Dixit eum omnes cives occidere debēre sicut promiserat
 - d. Dixit eum promissum servare non debēre et urbem intrare

8. Quid Alboinus promiserat?
 - a. Promiserat se universarum captarum urbium cives occisurum esse
 - b. Promiserat se cives, qui in eius potestatem se non tradiderant, interfectorum esse
 - c. Promiserat se christianos tantum interfectorum non esse
 - d. Promiserat se numquam captos cives occisurum esse

1	2	3	4	5	6	7	8

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto, E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti)
1. R. 3: *quae* è:
 - a. pronomo relativo
 - b. pronomo indefinito
 - c. aggettivo indefinito
 - d. pronomo interrogativo
 2. R. 5: *eo* è:
 - a. pronomo determinativo ablativo
 - b. aggettivo determinativo ablativo
 - c. avverbio di tempo
 - d. avverbio di luogo
 3. R. 7: *cum* è:
 - a. congiunzione subordinante
 - b. preposizione
 - c. congiunzione coordinante correlativa
 - d. avverbio di luogo
 4. R. 10: *se* è:
 - a. un pronomo accusativo riferito ad *Alboinu*s
 - b. un pronomo ablativo riferito ad *Alboinu*s
 - c. un pronomo accusativo riferito a *Ticinensis civitas*
 - d. un pronomo ablativo riferito a *Ticinensis civitas*
 5. R. 10: *obsidentibus* è:
 - a. un participio perfetto dativo
 - b. un participio presente dativo
 - c. un participio perfetto ablativo
 - d. un participio presente ablativo
 6. R. 13: *haec* è:
 - a. un dimostrativo femminile singolare nominativo
 - b. un dimostrativo femminile plurale nominativo
 - c. un dimostrativo neutro plurale nominativo
 - d. un dimostrativo neutro plurale accusativo
 7. R. 13: *quod* è:
 - a. una congiunzione subordinante causale
 - b. un aggettivo interrogativo
 - c. un pronomo relativo
 - d. un aggettivo indefinito

8. R. 14: *Frange* è:

- a. un sostantivo ablativo
- b. un verbo imperativo
- c. un aggettivo neutro accusativo
- d. un avverbio di tempo

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (4 punti)

A. RR. 3-4: Honoratus vero archiepiscopus, *Mediolano fugiens*, ad Genuensem urbem confugit.

Honoratus vero archiepiscopus, qui Mediolano _____, ad Genuensem urbem confugit.

B. RR. 5-6: *Interim Alboinus invasit Italianam totam*

Interim Italia tota ab Alboino _____

C. R. 8: *Cum fames et inedia universam Italianam devastavissent*

Postquam fames et inedia universam Italianam _____

D. RR. 11-12: *Equus eius, in portae medio concidens (...), surgere non poterat*

Equus eius, cum in portae medio _____ (...), surgere non poterat

Summarium

Alboinum miseruit Ticinensis urbis civium; postea in epulis eius uxor Rosemunda bibere ab eo coacta est, usa patris Cunimundi capite tamquam calice. Ea id fecit sed patris mortem vindicare voluit et suum virum dolo occidit.

De Alboini morte

1	Postquam civibus indulgentiam promisit, mox eius equus consurgit; ipse rex, <i>civitatem ingressus</i> , nulli laesionem inferens, fidem datam non violavit. Tunc ad eum omnis populus in palatium, quod quondam rex Theodoricus construxerat, concurrens, post tantas miseras in animo fidem de futuris rebus coepit habere.
5	Rex, postquam in Italia tres annos et sex menses regnavit, insidiis suae coniugis imperfectus est. Causa autem interfectionis eius fuit haec: cum in convivio apud Veronam laetus resideret, calicem, <i>qui de capite Cunimundi regis eius socii factus erat</i> , reginae <i>ad bibendum vinum dari praecēpit</i> atque eam invitavit ut cum patre suo laetanter biberet. Igitur Rosemunda, ubi rem animadvertisit, <i>altum concipiens in corde dolorem</i> , quem frenare non valebat, mox in
10	mariti necem patris funus vindicatura exarsit, consiliumque mox cum quodam regis milite <i>ut regem interficeret</i> init. Qui reginae persuasit, ut ipsa virum fortissimum in hoc consilium socium sibi adiungeret. Vir ille, <i>cum reginae suadenti tanti criminis consensum adhibēre nollet</i> , tamen ab illā dolo facere crimen coactus est et regem occidit.

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Alboinus potuit in Ticinensem urbem ingredi, postquam civibus misericordiam pollicitus erat; et ita se gessit. Cives igitur aliquam _____ de futuris rebus concipere coeperunt. Alboinus ab uxore occisus est dolo post tres annos et sex menses _____ in Italia. Rex apud Veronam epulabatur beatus et iussit coniugem Rosemundam _____ calice quem de sui socii capite fecerat; sic dixit eam laetam cum patre suo potoram esse. Rosemunda maxime _____ eā re; quia dolor de patris caede frenare non poterat, statuit patris mortem Alboini caede vindicare. Ergo quendam regis militem _____ ut maritum occīderet. _____ visum est Rosemundam huic facinori viro fortissimo socio uti; sed vir ille Alboinum interficere nolebat. Rosemunda tamen insidiis eum adduxit ut regem interficeret.

bibo, -is, bibi, -ěre	is, ea, id
commoveo, -es, -movi, -motum, -ēre	regnum, -i, n.
consulo, -is, -ui, consultum, -ěre	spes, spei, f.

7. Trasforma le seguenti proposizioni, secondo quanto suggerito (6 punti)

A. RR. 1-2: Ipse rex, *civitatem ingressus*, (...), fidem datam non violavit

Ipse rex, postquam civitatem _____, (...), fidem datam non violavit

B. R. 7: Calicem, *qui de capite Cunimundi regis eius socii factus erat*

Calicem, de capite Cunimundi regis eius socii _____ (**si usi una forma implicita per trasformare la subordinata**)

C. RR. 7-8: Reginae *ad bibendum vinum dari praecēpit*

Reginae ut vinum _____ dari praecēpit

D. RR. 8-10: Rosemunda, (...) *altum concipiens in corde dolorem* (...), exarsit

Rosemunda, (...) quia altum in corde dolorem _____, exarsit

E. RR. 10-11: Consiliumque mox cum quodam regis milite *ut regem interficeret* init

Consiliumque mox cum quodam regis milite regem _____ causā init (**si usi la forma implicita adeguata per trasformare la subordinata**)

F. RR. 12-13: Vir ille, *cum reginae suadenti tanti criminis consensum adhibēre nollet*, tamen ab illā dolo facere crimen coactus est

Vir ille, reginae suadenti tanti criminis consensum adhibēre _____, tamen ab illā dolo facere crimen coactus est (**si usi una forma implicita per trasformare la subordinata**)